

1702, 3

3

ADRIANI BEIERI. D.
 PANDECTARUM PROFESSORIS PUBLICI
 ORDINARIII
 CURIÆ PROVINC. ET SCAB. ASSESSORIS,
 COLLEGH JURIDICI HODIE
 DECANI

ad l. un. C. de Thesaur.

DE
 DOMINIO THESAURI
 PROGRAMMA INAUGURALE

P. P. Jenæ Dom. XIIX. Trin.
 d. 15. Octobr. 1702.

JENÆ,
 Litteris MULLERIANIS.

Stilian. Gehrman

9

ADRIANI BEIERL D.

PANDECTARUM PROFESSORIS PUBLICI

ORDINARI

CURIAE PROVINCE ET SCAB. ASSessoris

COLLEGIJ IURIDICI HODIE

DECANI

ad. l. m. C. de Testam.

DE

DOMINIO THESSALIAE

PROGRAMMA INAUGURALE

P. F. Jans Domini. H. Jans

—————

LUCAS MULLERMAN

9





Vando Pomponius ICrus in Lib. XII. ad Sabinum Thesaurus meus, inquit, in tuo fundo est : Dionysius Gothofredus in l. 15. ff. ad Exhib. ad verbum THESAURVS notat : Improprè ibi, ut & in l. 22. ff. Fam. errisc. proprè autem in l. 31. § 1. ff. de A. R. D. accipi. Quis Tropus tamen, aut quæ Figura subfit, quæque discriminis ratio, prætereundo cogitandum relinquit. Nomen sanè ipsum ubi effertur, plura simul suggerit ; cum primis rerum ejusdem Patrifam. imperium agnoscentium pluralitatem, & qualemcunque conjunctionem : Hoc tamen superinductò illis discrimine, quòd majorem earum partem sub manibus usui quotidiano palam habeat, quoties tamen fert occasio, & rerum suarum permittit status, unam alteramve, sed mobilem cæterisque pretiosam magis secernat, ac seu eventui futuro; seu retrò, lucri, metùs an custodia causâ subfuretur quasi, atque reponat isthuc, quorsum vel ipsi rarior est accessus; cæteris, quicumque sint extra se, ignoretur etiã ! Interim, dum hoc agit, atque vix inchoavit, & Nomen tamen Thesauri huic Destinæ tribuit, & suam reputat; & jure quidem omni. Paulus Apostolus huic rei, dum in fieri est etiã, 2. Cor. XII. 14. nomen Thesauri tribuit : Nec enim debent, inquiens, filii Parentibus thesaurizare. Ipsemet Salvator thesaurizantibus adscribit dominium; quando *Matth. VI. 21.* ait : Ubi thesaurus vester, ibi &

cor vestrum : tanquam mente firmus ibi atque cogitatione, ubi corporis presentiam propria vetat destinatio, non verò ullius alterius imperium. Quam ergo Pomponio, Thesaurus meus, inquiringenti, in *d. l. 15. ff. ad exhib.* attribuemus, asingemusve Figuram ? Quove Tropò usus fuerit Labeo, scribens : Si unus heredum thesaurum, relictum à Testatore effodit, Familiæ eriscunda judicid eum teneri ? consèq. Nullius nevtiquam esse posse istud, cujus ergo in rem etiam actio est !

Nimirum, Vulgus THESAURUM ubi audit, Rem Nullius assumit, mox & de Domino ipsi inveniendò sollicitum ! Planè, dum thesaurizantes cavent ipsi, ad reconditorium commearè frequentius ; Ne quisquam observet illorum gressus, illaque Sacra ; ac seu propalet in alios, seu cupidine subtrahendi afficiatur ipse : Eventus, ut vel ipsis tandem excidat loci memoria : Questiones confurgunt inde forenses : Utrum possidere desierint ? inde porro : An cedat Thesaurus Inventori ? Atque aliqui decisionem reponunt in memoria : Cujus non extat memoria, Thesaurus est, inquit Paulus Jctus in *l. 31. ff. de A. R. D.* At, hunc Inventori addicit Imperator in *S. 39. I. de R. D.* Cautela sanè foret, Certum omninò servasse notasseque locum ! Veteres Celtæ pecunias in lacus Diti sacros ; Græci in templo Apollinis : Romani ad Opis & Saturni deponebant ædes : Hebræi, modò in Templo, modò in sepulchris ; Unde Hircanus Rex idem & Pontifex eorum maximus, ingentes pecunias è Sepulchro Davidis expresfisse, ex Josephi *antiq. Jud.* dicitur Bodino. *Lib. VI. de Republ. mibi fol. 675. edit. Paris. MDLXXXVI.* Quamquam hæc de publicis exaudiri queant pecuniis Privati fati habebant, in terra, domi an foris, in agro, suo an alieno defodisse : Unde credo, Ditem Gentibus divitiarum junctum ac Inferorum Deastrum fuisse cultum. Cum tamen, ut à furibus ibi securæ sint, suo modò ; ita corruptioni tamen

tamen obnoxia *Manib. V. l. 9. sq. Luc. XII. 33.* En, nova sollicitudo! Quare Papiniano, quando dictæ proponerentur quæstiones, Infirmam memoriæ damnum adferre possessionis, minimè visum. *l. 44. pr. ff. de Acq. vel am. poss.* Aliud enim est: Domino locum reconditori; aliud, ipsius domini recordationem excidisse cæteris; Sic, ut de novo rei repertæ inveniendò sollicitos nos esse oporteat domino. Quem demum Vulgus assumit Thesaurum: eoque respiciens Paulus *[Crus xxi] d. 9. p. 100* locutus, eundem Inventori addicit: Hunc verò propriè locutum Gotofredus ait. Pomponius ergo & Labeo rei veritatem & statum thesauri naturalem respicientes, propriissimè locuti, positò intellectu Vulgi restrictò, SYNECDOCHEN Generis pro specie ponere, Gotofredo dicuntur. Quamquam ipsismet Paulum figurati sermonis in sua Thesauri definitione admissi, Hugo Donellus, *Comment. Lib. IV. Cap. XIV. fol. 137. a. fin.* quadam quasi retorisione reum postulat: ut qui, Thesaurus inquit, est vetus DEPOSITIO pecuniæ, cuius non extat memoria & seqq. atque adeò Actum personæ, Depositionem, ponat pro Statu rei, Pecunia deposita, per METONYMIAM causæ efficientis pro effectu.

Verum est, Purè atque propriè definitiones concipi oportet: At enim, de cætero nil omisisse videtur: In reum quippe *Secretione* atque occultatione *Substantia* Thesauri consistit: quorum pertinet quoque *Mobiles* esse: Fundus enim, ut moveri locò, ita recondi occultativenequit. Leo Imperator in *l. un. C. de Thesaur.* nominatim, etiam ea exprimit atque requirit quasi. Quod autem Cujacius *add. l. Tom. III. Oper. col. 247. D.* MONILIA, ex *l. 2. C. Th. eod.* reponendum legendumque monet; Rem ipsam juvat magis quàm impedit. Non sunt enim & hæc nisi mobilia, Ornamenta videl. de collo appendi, Fœminis

nis autem potissimum usurpari solita : ad proprietates nos referimus hæc ; pariter atque ubi VETEREM dicit : Pretiosorum quippe non ita frequens est obventus ; & quotidiana rei familiaris necessitas haud patitur , cumulatim inferre thesauris , tractu demum temporis longiori quærendis . Ex qua eadem interruptione atque mora provenit illa supra commemorata Oblivio . Accedit insuper *Defessio* : unde Sophista Herodes , Thesauros in quos nullo sine congeruntur opes , PLUTI CARCERES dixisse refertur , apud Cæll. Rhodig. *Lib. XX. antiq. lect. cap. XXIII. col. 1127. G. ex locis* nim. subterraneis : quemadmodum vox ipsa Theſaurus populariter conditorum sive loculamentum , per SYNECDOCHEN continentis pro contento significat , ubi quid ſervandi gratiã conditur : ac novo Proverbio anſam ſuppeditavit , quò THESAURO DIGNUS , non fanè ullo encomiò aut repræmiatione , & ſic objective : ſed increpatione atque exſecratione vehementiori , dicitur ille , qui teterrimo ſupplicio , ſagittis adobrutus , ſit differendus : & ſic per adjunctum loci , pro ſubjecto ibidem concludendo .

Theſaurum fuiſſe domicilium ſubterraneum apud Meſſenios , neque auras neque lucem exterius excipiens ; Nec ullæ carceris fores erant , ſaxò immani intrusò occludebatur . Cæll. Rhodig. *Lib. XVII. Cap. IIX. col. 907. D.* Quin plures Paremiaz & Adagia inde orta : dum THESAURUS CARBONES FACTI dicitur , quoties expectatio falſa , & rebus expectatis magnificis , nil niſi fumus reperitur . Pertinet huc , quod Cællus in *l. 79. §. 1. de leg. 3.* Proculum refert audiviſſe ſe Ruſticos ſenes ita dicentes PECUNIAM SINE PECULIO FRAGILEM eſſe : Peculium per extenuationem appellantes , quod praſidii cauſa ſeponeretur : Id ipſum verò Locupletioribus Theſaurus eſt . Atque hujusmodi Paremias in Jure obvias collegit plures Alciatus *de Verb. ſign. Lib. IV. col. 831. ſq.* Ita Quæſtor Sacri Palatii vocatur THESAURARIUS FAMÆ PUBLICÆ

CÆ, ut legere est apud Cujacium *ad l. 2. C. de Petit. bon. sublat. X. 12.* an, quod sicut pecuniam suam isthuc conferre oportet omnes, ita in ore ille fit omnium. **THESAURIENSIS** autem vocatur, quilibet Officialis Comitis thesaurorum. Ubi Thesaurus neutiquam nullius, sed ipsius Principis in bonis reputatur, vulgari loquendi usui plane in adversum.

Thesauros autem quarere quisque permittitur suos, citra ullam Principis implorationem, seu molestationem potius, ut dicit Leo Imperator in *l. un. C. de Thesaur.* dum in alieno fundo ne fiat invitò Dominò: In suo autem sine sceleratis ac puniendis sacrificiis, ni velit extremis se exponere periculis, quæ quidem exinde neutiquam metuisset. Refert Johan. Wierus, Medicus, *rr. de Præstigiis Dæmonum, Lib. II. p. m. 12.*; quod annò MDXXX. Sacerdoti in chrystallo thesauros Noribergæ offenderat Dæmon: hos, cum locò perfossò ante urbem quareret Sacerdos, adhibito amico spectatore, & jam in specu arcam vidisset, atque ad eam cubantem canem atrum: Ingressus Sacerdos in specum opprimitur interficiturque, ruente cacumine & specum rursus complente.

Ad dicenda hæc inducti fuimus laudatò jam modò textu in *l. un. C. de Thesaur.* quam specimini profectum Juris publico edendo, interpretandam selegit sibi Candidatus honorum præclarus

D^N. HIERONYMUSGEHRMANN

GUSTRAVIO MEGAPOLIT.

Qui monilium neutiquam mobilium, multiplicis eruditionis haud contemnendum usque huc in ipso Cæsaris fundo collegit thesaurum; alieno quidem, ab ipso tamen Imperatore publicis edictis, propositis etiam in Const. Imperatoriam, de Confirm. Insüt. §. 7. præmiis ad hoc invitatus: quæ prenaturus ille, publicè adjudicari sibi modestè petiit.

petiit. Nomen inquam apud Facultatem nostram profes-
sus inter supremorum Juris honorum Candidatos assumi
decenter rogavit. Admissus etiam in examinibus privatis
talem se gessit, qui ad publica etiam specimina admittatur.
Prius tamen quam id agimus, honestam illius nativitatem,
ingenuam educationem & decentem conversationem, mo-
re antiquitus recepto notam facimus. Natalem diem
locumve nactus Gustravium, Ducum Mecklenburgicorum
sedem nobilissimam, anno seculi elapsi octuagesimo d. 17.
Decembris. Parentib. ortus honestissimus, Patre JOHANNE
HEINRICO GEHRMANN, cive ac Mercatore dictæ urbis
eximio, nunc in caelis triumphante; Matre HELENA
ELISABETHA, de familia Dohnsteiniorum natâ, matrona-
libus virtutibus ornatisimâ. Qui Parentes pignus isthoc
à Deo commissum sibi, ut piè honesteque educarent, o-
mnem navarunt operam, ac non privatos tantum intra parie-
tes à prima statim infancia dexteris informandum tradide-
runt Præceptoribus; verum, cum adolevisset paulò, ad pu-
blicum quod ibi floret Gymnasium transfulerunt: ubi opti-
morum ductu Magistrorum fuit usus, è quibus præcipue
depreædicavit nobis Virum Clarissimum JOACHIMUM
OTTONEM, Rectorem: & M. JACOBUM DURRFELD,
Con-Rectorem, quorum dexteritate atque industriâ, divi-
nâ potissimum favente gratiâ, eos in bonis artibus & lin-
guis fecit progressus, ut ad academica studia idoneus habe-
retur, & ex eorundem consilio nostram hanc Salanam adi-
re constitueret. Singularem tamen Patroni unius atque
alterius expertus favorem, qui, cum inclinationem ad stu-
dium juris in eo animadvertent, liberum indulgerent,
accessum, suisque illum consiliis instruerent, paulis per ad-
huc subisti, nec moræ illius penitet. Sceptra autem Aca-
demica hujus nostræ tenente Viro illustri atque excellentis-
DN. CHRISTIANO WILDVOGEL, JCro, Serenissimo
Patriæ Patri à consiliis statûs & Antecessore, &c. huc appu-
lit

lit, & in numerum Studioforum receptus, ab ovo rem,
à Philosophia inquam exordiri, & quod laudabile non minus,
quàm singulare est, Theologos primùm sectari maluit: quan-
do privatas æquè ac publicas Viri Maxime Reverendi atque
Excellent. DN. JOH. PAULI HEBENSTREIT, S. S. Theolog.
Doctõris ac Professoris hodie Ordinarii, tum Philosophiæ
moralis P. P. lectiones Logicas, Ethicas ac Politicas fre-
quentavit: Nec minus Viro Max Reverendo DN. PHILIP-
PO TREUNERO, SS. Th. D. Philosophiæ primæ P. P. Or-
dinario privatim industrius assedit. Tum demum ad DN.
GEORGIUM SCHUBARTUM, J. U. D. Historiarum & O-
ratoriæ P. P. celeberrimum, cujus anima nnc in beatis, ac-
cescit, ac ejusdem prælectionibus ad Institutiones politicas
Boecleri interfuit. Quibus præmunitus, vastum Juris
studium, ut instructus satis, ita fiduciâ & assiduitate ma-
jori adgressus, primùm ac potissimùm DN. JOH. ERNE-
STO FLOERIKEN, J. U. D. & Cur. Provinc. Advocato Or-
dinario se commisit, qui ipsum primordiâ per omnes Ju-
ris docuit partes; nominatim Prudentiam forensensem atque
utrumque Syntagma b. DN. STRUVII dexterè & fideliter
interpretatus, cujus posterioris caput decimum, quod est
de Renovatione investituræ & Laudemiis publicè post-
modùm eodem Præfide, respondendo propugnavit, atque
ad eo ad ipsorum Dnn. Professorum quoque Auditoria suc-
cessu majori frequentanda, se magis reddere voluit idone-
um. E quibus, quando Venerabilis Collegii nostri Senior
DN. JOH. PHILIPPUS SLEVOGTIUS jus Publicum
ad manuductionem Svederi publicè interpretatus, con-
stans ipsi Auditor præstò fuit; pariterque ejus qui primus
in consortium Studioforum eundem receperat, prælaudati
DN. WILDVOGELII consortium non sine studiorum e-
molumento sectatus. Nec minorem ex Scholis DN. D.
BRUKNERI, P. P. P. praxin civilem & criminalem propo-
nentis, messè reportasse se gratis deprædicat. Mallet
B quo-

287.

quoque recenseri collegium, quod inter prima penes ne habuit, Logico-Juridicum, ac postmodum analyticum: Ne tamen & me videar commendare velle, vel primò tetigisse digito sufficiat. His ita peractis, animus erat quidem, ad alias quoque se conferre Academias exteraque ora peregrinando visitare; Vita tamen, studiorumque Testes prius interpellare placuit, quos eosdem eorundem habuit formatores atque autores. Quare non ita pridem per literas Collegio nostro intentionem aperuit suam petens in numerum Candidatorum Recipi. Admissus ad examina privata, talem se praestitit, cui campi quoque aperiantur publici. Ad cathedram igitur publicam de Mercurij proximo, qui erit dies XII. X. vertentis Mensis Octobris bono cum DEO produceretur, lectione quam dicimus cursoriâ textum I. un. C. de Thesauris repetiturus. Cui solennitatis; ut Magnificus Dom. Pro-Rector, Patres Academiae conscripti, Doct. ac literarum Fautores, generosorum item ac nobiliss. Dnn. studiosorum in numerosâ conâto honorifica sua praesentia inter esse dignentur, nomine Collegii & decenter peto & reciproca officia spondeo. P. P. Jenæ dom. XIII. Trin. d. 15. Octobr. M. D. CCII.




Jena, Diss., 1702

VD -18



f


sb.



3

ADRIAN
 PANDECTARUM
 OR
 CURIE PROVINCE
 COLLEGII
 DE
ad l. un.
 DOMINIC
 PROGRAMM
 P. P. Jenæ
 d. 15.

f
 Litteris



Farbkarte #13

Blue
 Cyan
 Green
 Yellow
 Red
 Magenta
 White
 3/Color
 Black

B.I.G.

man

9.

